

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

# BELGII INFERIORIS TABVLA.

Belgii inferioris 17. sunt prouincia Regi Hispaniarum patrimoniales	Ducatus	{ Brabant. Limburg, cum Comitatu Dalem & Dominijs Valckenburg ac Rode le Duc, Brabantia annexa sunt, & à Iustitia, & Cancellaria Brabantia dependent. Lutzenburg. Geldre.
	Comitatus	{ Vlaenderen. Artois. Hainault, Henegou. Hollandr. Zeelandr. Namur, Namen. Zutphen. Marchionatus Imperij, qui 4. principales ciuitates habuit, Ninellam, Lauonium, Brussellam & metropolim Antuuerpnam, nunc Brabantia pars est.
	Dominia	{ Magnum Frisia Dominium. Mechelen. Verecht. Oueryssel. Groeningen, siue Frisia Orientalis, liberum Dominium.

Harum prouinciarum quadam, ut Zutphen, Oueryssel, Magnum Frisia Dominium, & Orientalis Frisia, licet in Germania sint sita, tamen quia Belgii inferioris Domino subiecta sunt, hic recensentur, primo autem loco in Germania tabulis describentur.

Status harum ditionum Politicus, tam generatim, quam speciatim serè triplex est:

Primus est Ecclesiasticus, in quo prapipui sunt Abbates.

Secundus Nobilitatis, ut sunt Duces, Comites, Marcgrauj, Principes, Barones, & magni Domini.

Tertius Ciuitatum, quem primaria cuiusque ditionis ciuitates representant.

Hi status à Principe conuocantur, quoties de rebus ad Principem, aut ad Principatum, aut ad conseruationem & utilitatem ditionum pertinentibus deliberandum est.

Status Ecclesiasticus. Quatuor sunt in hoc inferiore Belgio Episcopatus, Camerick, Dornick, Atrecht, Arras Gallis, hi tres subsunt Archiepiscopo Rhemensis, & Verecht, qui Archiepiscopo Coloniensi subest.

Prouinciæ Leodiensis & Morinensis, siue Taruannensis in aliquam partem huius Belgii extenduntur.

Academiae sunt duæ, Louanium & Douay, olim instituta, & nunc tertia addita, Lugdunum Batauorum.

Collecta sunt hæc ex Lodouico Guicciardino, qui amplè & eleganter Prouincias Regias Belgii descripsit.

Medius Tabulae Meridianus 26. 0. reliqui ad hunc inclinantur, pro ratione 50. & 52. latitudinis Parallelorum ad circulum maximum.